



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 8. Supplicium contra iræ diuinæ prouocatores grauißimum est, Deum eos deferere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

§. 8. Supplicium contra iram divinam prouocat orō  
grauissimum est, Deum eos deserere.

**D**ivus Chrysoſt. grauior expendit grauiſſi-  
ma illa verba D. Pauli quibus exponit vlti-  
mum ſupplicium, quo diuina vindicta  
peccatores, plectit per duelles: *Reuelatur ira Dei  
de celo, ſuper omnem impietatem. & inuſitatum ho-*  
*minum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia de-*  
*tinem.* Ad litteram loquitur Apoſtolicus de antiquis  
philoſophis, quibus Deus ſue notitiam inſu-  
erat veritatis, quam ipſis tradiderat, & eorum in-  
tellectibus ingeſſerat: illi de contra verō eam vili-  
penderunt, reſectam contempſerunt, & vi capti-  
nam pet ſas & neſas, nec pro debito honotantes  
detinuerunt. Excandefcit in eos Dominus, vt Rex  
in Ruſſicum, cui in uxorem dedidit filiam vi-  
genitam dilectiſſimam, ex aſſe hororum omnium  
heredem: qui illam captam vinculis conſtringe-  
ret, exhiberet, dedignaretur. Veritas ſij a Dei eſt  
chariſſima, illi quibus eam deſponſauit, eam con-  
tempſerunt, inhonorarunt, & quaſi in intellecti-  
bus ſuis captiuam detinuerunt, nec ad eius at-  
tenderunt clamores, quibus eorum corda conti-  
nuo pulſabantur. O quanta Deus in eos ira effer-  
buit! *Reuelatur ira Dei de celo.* Verbum hoc *Reue-*  
*latur,* non debet coniungi cum *Euangelio,* de quo  
paulo ante fuerat Apoſtolicus locutus, quod veſt di-  
cere, prout aliqui capiunt: Quod in Euangelio  
reuelatur ira Dei: quia in Euangelio verius eſt  
Dei reuelari miſericordiam, pietatem, bonitatem,  
gratiam, iuſtificationem, remiſſionem peccato-  
rum, hæc enim primū & principalis in Euang-  
elio prædicantur, ſed ſignificat, quaſi diſſet:  
Clare reuelat & demonſtrat iram ſuam de celo,  
& ita legit D. Chryſoſtom. *Parum ſit ira Dei de*  
*celo.* Notat illud *Ira Dei.* Ira in homine maxime  
prouocat ipſum ad vindictam, & ſupplicium, &  
hoc ad aliquam temporis moram: quia in hoc  
differt ab ira furor, quod ſit, *Ira breuis.* Maniſeſte  
voluit Deus iram ſuam reuelare, de celo ſuppli-  
cium demittens, quod eius deſclaret magnitudi-  
nem. Bone Deus, quod precor, erit illud quod ſu-  
prema Dei ira de celo deuoluet in peccatores?  
Pena quia Deus de celo punit delinquentes, gra-  
uis erit, & ideo co rogamus, *Ab ira tua libera nos*  
*Domine:* & aiebat Dauid, Dei contemplatus vin-  
dictam, ſibi oſſa diuelli, conſtingi, ac luxari: *Non*  
*eſt ſanctus in carne mea à facie ira tua.* Quæ igitur  
tanta pena, quæ Deus de celo iram ſuam luce  
clariuſ reuelabit? Num forte cæli cataractas ape-  
Hieron. Bapt. de Lanua Tom. II.

riet orbem totum aquis immerſurus, vt ne for-  
mica quidem diluuium incolumis exeat, vt  
dum *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magna, & ca-*  
*taracta cæli aperta ſunt?* Non illa eſt longè gra-  
uior. Num forte pluet Dominus de celo ſulphur,  
ignem, grandinem, quæ in icu oculi terram per-  
dat vni eſam, vt olim Sodomam & Gomorrhiam?  
*Pluit Dominus ſuper Sodomam, ſulphur & ignem.*  
Minime illa eſt longè terribilior. Num timendū  
ne terra ſub pedibus dirumpatur, & apero ſiui-  
vius cum domibus ac vni eſa ſubſtantia deglu-  
tiant tremente mundo, peccatores, vt Dathan &  
Abron! Haudquam illa longè horribilior.

Quod erit igitur illud ſupplicij genus? Deum  
abire, illoſque deſerere eorum voluntati, vt ſua  
ſequantur deſideria: *Propter quod tradidit illos*  
*Deus in deſideria cordis eorum.* q. d. Ego vado, vos  
ite quocumque vultis, deſidera veſtra ſequimini,  
coris veſtri ſectamini concupiſcentias. Et hinc  
illud ſequitur, inquit Apoſtolicus, vt de peccato  
corrumpantur in peccatum, de malo in peius, & quaſi  
qui de ſummis ſcalarum in præceps dilabantur, vt  
non ſi qui labentes ſuſtineat, ad ſupremum de-  
uenerunt abominationum, tantas committentes, vt  
ipſi natura ſint dedecori, amillaque veri Dei co-  
gnitione, vt Deos & agnouerint, & adorarint, ſer-  
pentes, aſpides, ſcorpiones: ſuit hoc ſupremum di-  
uine vindictæ ſupplicium, quo refragos Gentiles  
philoſophos caſtigauit. Notat ſe videtur Apoſtolicus  
verba illa Davidis, qua ad rem noſtram expendit  
D. Aug. *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs a-*  
*nima ſua. & iniquus benedicitur, exacerbat Dominum*  
*peccator, ſecundum multitudinem ira ſua, non*  
*queret.* Deſcribit peccatorem trifurciſerum, qui  
ſibi ex peccato lucrum parit & honorem (a) cuius  
peſtore nihil nigrius, quem ad ſcelera peper-  
iſſe natura videtur, voluntas exercuiſſe, fortuna  
ſeruaſſe, vno verbo peccatorem depingit immo-  
talem Dei hoſtem, Antichriſtum, inquit D. Aug. (a) *Uleua*  
*Peccator:* hoc ei nomen proprie conuenit, eoque  
eum cõpellat Apoſtolicus, *Homo peccati, & iniquus:* la mal-  
hæc ſunt nomina quibus à Dauide vocatur. Erat  
hic primus peccator: qui nedam Deū iriabit, ſed  
ad hoc omnes intendet nequos; de hoc ſe gloria-  
bundus iactabit, quod Dei ſit hoſtis: hoc eſt Lau-  
datur peccator in deſiderijs ſua, & benedicitur.  
Cumque is ſit Dei futurus hoſtis principalis, erit  
iſte quoque, qui præ cæteris Dei vindictam exacer-  
babit. Ira David: *Exacerbat Dominum pecca-*  
*tor.* D. Aug. legit: *Irritabit Dominum.* Noſter tex-  
tus habet, *Exacerbat Dominum.* Sumpſta eſt me-  
taphora ab eo quod dum quis te non tolerando  
terruit opprobrio, ita furore nimio efferueſcis,  
I



vt os tuum amaricaretur: effectus hic est humoris  
colerici amarissimi: *Exacerbavit Dominum peccatori*  
q. d. irritavit eum, quam potuit grauissimè,  
ad atram bilem prouocauit. Ad limum  
ascendit malitia, prouocauit Dei ira prouocauit  
iram (nostro loquendi modo) vt os illi amarue-  
rit.

At quâ penâ tale ex abitur delictum? Num  
fulminibus peccatorem igneis. vt Sodomam, re-  
dige in cineres? Num terræ hiato, cum Dathan  
& Abiron, absorbebitur? Num maris undas vt  
Pharaon demergetur? Num mittet Angelum; qui  
eum vt Herodem trucidet? Nihil horum; sed ira  
sua supremo puniet supplicio, nimirum: abibit  
illum deseret; curat quò com sua ducit malitia:  
*Secundum multitudinem ira sua non queret. To-  
tam suam Deus colligens iram (hoc est: Secun-  
dum multitudinem irâ sua:) eos deseret, &  
abibit, hoc est: Non queret.* Quid ergo Domine,  
num hæc tantis digna sceleribus animaduersiono:  
*Maiores ira Domini est* (inquit D. Augusti.) *multum*  
*trahitur, dum non exquirat, dum quasi obliuif-*  
*citur, & non attendit peccata, & per fraudes &*  
*scelera ad diuina, honoreque perueniunt, quod*  
*maximè in illo Antichristo euenturum est.* Hæc  
erit extrema huius vite plaga, n. agnæ ira Dei,  
quâ seuerissime scelera vindicabit Antichristi,  
hæcque illa fuit, quâ sacrilegos illos damnauit  
philosophes. Si verò congrua fuerit hæc tantis  
sceleribus Dei puniens vindicta, potiori ratione,  
inquit Apostolus, ipsi s. ludæos comprehendi: *Per-*  
*uenit ira Dei super illos, usque in finem.* Hoc ver-  
bum, *usque in finem*, idem est ac si dicat, extremū  
hoc fuit potentia ira Dei(a), non potuit vlti-  
us. Ea pharaon, qua D. Iacques Christi declarat in se os  
amorem ipsa vltima: cenz hæc: *In finem dixit*  
*eos: Quia Deo illis mittente veritatem suam, vni-*  
*genitum suum, eundem inhonorauit, contem-*  
*pserunt, illi inloferunt, eum crucifixerunt: quæ*  
*vindicta est hæc ô Domine: Ego vad?* Hæc est  
illos desero, vt sua sequantur desideria, peruersif-  
que suis obediant cupiditatibus, agant quæci-  
que voluerint, & peccata peccatis cumulantes, ad  
summam descendant obduratorum, in illa miseri  
morianur: *In peccato vestro moriamini.*

Tale quoque de te acerrimum ira sua sumet  
supplicium. Quid tibi fecit Deus? quoties tibi  
grauissima tua remisit scelera? quoties te vocauit?  
quoties ad cordis tuis animum pulsauit? Te long-  
animus expectauit, benignus perterriti, protectior  
descendit, pater in gratiam recepit; & hoc tuum  
reprehendo crimen ingratitude, eius votibus  
absurdescis, promissa despicias, minas contemnis,

miseri cordiam repellis iram provocas. Dic mihi,  
ô charissime, quis fructus vocis Dei, quod clamo-  
ris cœlestis emolumentum? Quæ vite morumque  
correctio ex tot quadragesima huius concioni-  
bus? Quæ te ratione mouisti, vt inhonestum de-  
sereres concubinatum, quò toti es Republicæ in-  
fame scandalum? Quæ ratione pauperis bona re-  
stituiti inultus possessor, ipso Deum exorante,  
tuæ crudelitatis inultissimum inuocante vindica-  
torum? quomodo linguam tuam tot iuramentis,  
tot detractionibus, tot inhonestis colloquijs asue-  
tam testro nati? Væ tibi luce clarius in te Dei  
vindictam deploramus, abijt, discessit, te de-  
reliquit voluntati, vt vadas, vt curras, quò te tua  
impellit concupiscentia; O te miserum! qui in  
hoc tibi congaudes, quò ad hanc ad tuam attrahe-  
ris luxuriosam voluntatem, nec esset, qui peccan-  
tem impediret: qui plaudis manibus ex conge-  
stis per vltimas, iniquosque contractus, opibus: quia  
tibi libera patet via, quocumque perrexeris; At-  
tende, scito hoc esse ira Dei flagellum, Deumq;  
tecum hoc agere, quod per os Dauidis minatus  
est secum illis acturum, qui suis sunt beneficijs  
ingrati, suis clamoribus inbedientes, ac in suam  
miseri cordiam perdelles: *Non ausuit populus*  
*meus vocem meam, & Israel non intendit: ubi:*  
*dimisti eos secundum desideria cordis eorum, ibi-  
na in aduentu hominis sui.* Teorum seque ere mo-  
tum appetitus, tuus stude sectandis delictis, tuis  
procax indulge voluptatibus, tuis suboles inha-  
re fraudibus, applaude, exulta, subila, quòd omnia  
tibi succedant Dijs hominibusque plaudentibus,  
votisque tuis placidi conspirent zephyri. Hoc est,  
imo hoc est acerbissimum ira Dei supplicium.  
Væ tibi.

§. 9. Gentiles, intelligentes se sine Dijs & vete-  
ron posse, illos clavis confregant, catenis col-  
legabant, i. timis que latibus abscondibant  
Quid vero tu ô Christiane?

Hæc omnia nervose declarat sermo diuinus  
per Iaiam verbis tam difficilibus, quam  
mysteriosis: *Conforsauit: fater ararius,* 17  
*percussioni malleo eum, qui cadebat tunc temporis,*  
*dicens: Glorioso bonum est: & conforsauit eum cla-*  
*uis, vt non moueretur.* Et tu Israel s. rre meus,  
Iacob quem eligit, s. rre Abraham amici mei, &c.  
Dixi tibi seruus meus es tu, eligit te. Introdicit  
Deus, ea quæ Gentiles Dijs suis faciebant. Fusc  
valde

D. Ave.  
T. 8.

2. Thessa-  
lon. 2. 16.  
(a) Echo  
la barra  
la ira da  
Dios.  
Ioan. 1. 13.  
E.

Es. 30. 15.

Gent  
mult  
do p.